

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema LXXXII.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130978)

zint, patienter viam *uniuersa carnis* ingrediamur, 1. Reg. 2. v. 2. Sic enim *omnibus* constitutum est, Heb. 9. v. 27. *Sollen* *uns* alsdann nicht viel Rechnung machen/woran hab ichs *gessen* &c. Tempus ad eam *Stundlein* ist auß getauffen.

CONSOLATIO.

Sed & contra *tadium* & *fastidium* vitæ, quod nonnullos torquet, capiamus consolationem ex his verbis, nec ex impatientia cupiamus mori ante tempus, Sicut Rachel, Gen. 30. v. 2. Hiob. 7. v. 15. Elias. 1. Reg. 19. v. 4. Jonas, Ion. 4. v. 8. Numer. 11. v. 15. etiam Moses optat mori, &c. At cogita, tempus nascendi & moriendi. Et id quidem in manu Dei non in nostra est positum. *Es soll uns* aufspannen nach seinem Willen. Simeon ille vult *solui* & *dimitti* secundam verbum & voluntatem Domini, Luc. 2. vers. 29. Paulus & dissolui & viuere cupit, sicut Deo visum fuerit, Philip. 1. vers. 21. & 24. Fiat voluntas tua dicendum. Sanctus Martinus Turonensis ægrotans, flentibus discipulis. sic ait: *Domine si populo tuo sum necessarius, nõ reuulo laborem* Fiat tua voluntas Domine. Sic tu quoque expecta, bis dir Gott *Feyerabend* gibt. *Es* wird dir noch bald gang werden.

FINIS.

THEMA LXXXII.

Eccles. 7. v. 2.

Melior est dies mortis, die Natiuitatis.

DISPOSITIO.

Si hæc essent verba Ethnici alicuius, aut insipientis hominis, merito dubitaremus an veritati cõsentanea essent. Videretur n. hoc absurdissimum, diem mortis antepone diei natiuitatis: præsertim cum mors luctum, natiuitas vero, (ipso filio Dei teste) gaudium pariat. Joan. 16. imo cum ortus & natiuitas à Deo, mors autem à Diabolo introducta sit, Sap. 2. v. 24. cumque vita Dei donum, mors stipendium peccati sit, Roman. Ideoque 1. audiemus

causas huius pronuntiati, quare mortis dies præter diei natiuitatis.

2. Ad quos hæc pertineant : aut de quibus dicta sint, vidēbimus.

I. Pars.

Prima causa huius pronuntiati hæc est, quod in natiuitate nostra nobiscum afferimus in hunc mundum peccatum, in quo concepti sumus, Psal. 51. v. 7. Licet autem in Baptismo remittatur reatus, manet tamen corruptio. Non habitat bonum in carne, Rom. 7. v. 18. Omnis cogitatio mala, Genes. 6. v. 5. & 8. v. 11. Non sumus idonei, 2. Corint. 3. v. 5. Justus septies, Prouerb. 24. v. 16 Peccatum enim semper pullulat. Et qualibet ætas habet sua vitia.

Juuentus perulans, inobediens, malitiosa.

Ætas virilis superba, iracunda, vindictæ cupida, lasciuia, intemperata.

Senectus morosa, difficilis, auara, inuida, tenax. Hæc etiam in bonis interdum apparent. Et quanto viuitor diutius, tanto peccatur grauius, quia semper cumulantur peccata.

Et hoc quoque multum afficit & angit pios. At mors vt vitæ, ita peccati finem facit. Et necesse est omne corruptibile aboleri. Ideoque melius mori, quanto melius cessare à peccatis, quam peccare. Quantum igitur iustitia superat peccatum, tantum mors superat natiuitatem.

Ideoque pii, vt primum intelligunt suam miseriam, cupiunt mori, dissolui, Phil. 1. v. 23. & liberati à corpore, Rom. 7. v. 24.

Et feliciores qui citius moriuntur. Nam illis non de tot peccatis ratio reddenda. Ideoque festinat Deus, illos abripiens (Sap. 4. v. 14.) quorum anima placet.

II. Nascitur homo ad miserias & labores, Psal. 90. v. 10 labor, dolor. Vallis lachrymarum, Psal. 84. v. 7. Job. 7. Militia. Prima vox fletus, Sap. 7. v. 3. Miseria magna, Sy. 40. Etiam his, qui coronâ gestant. Peregrinatio. Gen. 47. Et

Et vniuersi quique

nocturna p

te Quare

præter aut

: Omnis qu

ses melioris

non non nat

quod illud ver

ferendum

Melior enim

1. pa

2. qu

3. red

Ethocor

Toti hui

tis nocere,

Sic enim

mult. v. n

ferunt qu

standa d

Dicere

graua q

desidera

detractus

Sic enim

etiam qui

in cubilib

Dormi

gestam ha

Animæ

tio Luc. 1

Corinth. 3

De piis

43. vel. 1

Nam qui

Et

Et vnusquisque cogiter, quanto labore, sudore, quanta molestia addiscendæ artes, vel manuaræ, aut liberales, &c. Quantæ sæpe ægritudines?

Præstat autem mori quam semper languere, Syr. 10. v. 17. O mors quam iucunda recordatio tua huic, cui nulla spes melioris vitæ, Syr. 40. Hinc Ethnici dixerunt, optimam non nasci aut cito mori. Et hoc quidem recte dixerunt: illud vero non nisi de impiis recte.

Fatendum ergo Salomonem vera dixisse.

Melior enim est dies

1. pacis
2. quietis
3. reditus in patriam

} quam { belli.
laboris.
peregrinationis,

Et hoc omnes intelligunt, qui sanæ mentis sunt.

Vsvs huius loci erit, vt discamus amaritudinem mortis vincere.

Sic enim Agag ille infidelis non horret mortem, 1. Sa-
muel. 17. v. 32. quanto minus Christiani id faciant. Præ-
sertim quia tempora mala sunt, Ephes. 5. vers. 16. & exspe-
ctanda deteriora, Matth. 24. v. 21.

Dicendum ergo, Sufficit mihi, 1. Reg. 19. v. 4. *Ich habe genug gesündigt.* Nunc dimittis, Luc. 2. Omnis creatura desiderat liberari, Rom. 8. v. 19. Quin igitur & nos desi-
deramus? 2. Cor. 5. v. 2.

Si enim non tantum cessat peccatum, labor, dolor: sed etiam quies optata venit. Beati, Apoc. 14. v. 13. *Quiescunt in cubilibus,* Esa. 26. & 56.

Dormiant, 1. Thess. 4. v. 13. *Johannis 11. v. 11. Vmbra-
gram habent,* Job. 7. v. 2.

Animæ interim in manu Dei, Sap. 3. v. 1. fruuntur solatio. Luc. 16. vers. 26. Et resurget corpus etiam *ἀφθάρτων*, 1. Corinth. 15.

De piis olim, Mortuus *satur dierum*, Gen. 35. v. 29. Job. 42. vers. vlt. 1. Paral. 23. in fine.

II. Pars.

Nunquid igitur omnes mortui beati & felices? Nun-
quid

R 5

quid omnes quiescunt? Nunquid de omnibus dicitur, Melius mori quam nasci? Non sane. De piis enim hic sermo est.

Mors autem peccatorum pessima. Licet enim corpora in sepulchris paulisper quiescant, anima tamen corpore soluta mox sentit cruciatus. Exemplo est Epulo, Luc. 15. Et expectat horribile iudicium, quando corpori iungenda est, Heb. 10. v. 31. Mortuus enim experitur, quomodo vixerit, Syr. 11. v. 19. Non mirum itaque, quod horrent mortem, & quod illis amara est, Syr. 40.

1. Et nonnulli quidem non diu hic torquentur, sed vix momentum sentiunt horrores inferni, Iob. 21. v. 13. Quia Satan scit illos non amplius rapi ex manibus ipsius. Tum veto mors depascet eos, Psal. 49. Nabal, 1. Sam. 25. Diues, Luc. 12. & 16.

2. Alii vero finiunt vitam cum horrore, Psal. 73 v. 19. Notæ sunt historię de morte Berengarii, & Spieræ, & c. Vel terret Diabolus, vel illudit ipsis.

Horum mors non melior natiuitate, sed præstare, ipsos nunquam natos, teste Christo, Matth. 26 v. 24. Marci 14. v. 21. Cain, Abitophel, Saul, Judas.

Mors secunda expectat illos, Apocalyp. 21. v. 8. Vocabunt mortem, sed fugiet ab eis, Apocalyp. 9. vers. 6. E sunt abominatio omni carni, vermis non morietur, Esaiæ 66. vers. 24. Mittentur in lacum ignitum, Apocalyp. 21.

De piis alia est ratio. Et de illorum morte hic loquitur Salomon, non qualis ipsa est sua natura, sed qualis est propter mortem Christi, qui efficit, vt somnus tantum sit. Sic ergo viuendum, vt nunquam moriamur. Hoc continget credentibus, Joan. 5. v. 24. & 8. v. 51.

Dicendum cum Augustino. Hic vre, hic seca, hic tunde. tibi parce. Et si maxime videatur mors amara, erit tamen coram Deo pretiosa, Psal. 116. v. 15.

OBVIATIONI autem occurrendum hoc loco. Dicit enim aliquis, hanc vitam petrus, si mors melior natiui,

uare, ego
niam si

1370N

uare, vi

u Domini

Hab. 1. 18. v.

Melus ellet

10. an Paul

des Ligo etia

37. 1. 17.

Etia H

quapio nolo

re. Non no

ind. 16. 1.

Janes roc

Apoc. 1. 1. v.

Meli

aiui. In

Congr

Enead

cum lupo

caulicand

audiamus.

tanquam m

Geriamu sili

elle quum

pietum i

operibus

adidam

teatam.

THEMA LXXXIII. VET. TEST. 267

uitate, ego meipsum perimam, vt mox non tantum à miseris sim liber, sed etiam à peccatis cessem.

RESPON FIAT voluntas Domini, dicendum. Si is velit nos viuere, viuendum Si iubeat mori, moriendum. Si dicat Dominus. Volo te viuere & facere officium: tu dic id Psal. 118. v. 17. Non moriar, sed viuum & narrabo, &c. Melius esset cum Christo viuere, at viuendum propter vos, ait Paulus, Phil. 1. v. 24. Omnibus dicitur, non occides. Ergo etiam tibi. Expecta Dominum, Ipse faciet, Psal. 37. v. 5. & 37.

Et recte Hieronymus: Non recipit Dominus animas, quæ ipso nolente exierunt de corpore. Dei est nos soluere, & non nostrum. Er soll vns Sene: ahead geben / wir nicht selbst. Et pertinent tales in numerum eorum, quos Joannes vocat *Timidos*, *Verzagte*. Illorum pars in lacu, Apoc. 21. v. 8.

F I N I S.

THEMA LXXXIII.

Eccles. 7. v. 3.

Melius est ire in domum luctus, quam in domum conuiuii. In illo, &c. ad vers. 4.

D I S P O S I T I O.

Congregati sumus hodie in presentis funeris deductione ad domum luctus. Vidimus enim lugubria, & luctum super morte defuncti nostri. Itaque etiam antiqua consuetudo & laudabilis postulat, vt lugubria quoque audiamus. Et ideo recte in funeribus congregamur hic, tanquam in domo luctus. Hoc enim ipse etiam Salomon sapientissimus commendat hoc loco, & melius affirmat esse, quam si conuenissemus in domo conuiuii. Cor sapientium in domo luctus sepius versari, etiam verbis sequentibus vers. 5. ostendit. Hoc vero quia nobis nonnihil absurdum videri possit, iam erit paulo accuratius expendendum.

Dice.